

LONGOLIO S. P. D. KÜSTERVS

En TIBI, vir Celeberrime, de vate Lehn-
 nense programma meum! Gratias ago
 pro transmissis neper ductis schediasma-
 tibus TVIS, quorum tamen nonnulla desunt.
 Dabis igitur hoc mihi pro humanitate TVA,
 et indicem comunicabis, ex quo seriem
 atque ordinem cognoscere liceat. Gratis-
 simum mihi facies, TIBI vero ipsi haud
 ingratum, quum in eo sim, ut accessiones
 ad bibliothecam meam Brandenburgicam
 typographo tradam. Inseram illi non mo-
 do Curiensium TVORVM schediasmatum in-
 dicem, quam fieri per TE licet, accuratissi-
 mum, sed ea etiam nominabo, quae in opere hi-
 storico, cuius VIII partes prostant, sperare nos
 iussisti. Praeterea cupio TE iuvante et obste-
 tricante et legere et habere Gselliana, quae hi-
 storiam Wostichela spectant. Facquasso, ut illa im-
 petrem, et si quaedam praeterea sunt, quae scire mea

NOVEMBR. 1690. 01209152

interest. Vtrum Layritzii et reliquorum decesso-
rum TVORVM singula schediasmata historiam
Curia spectantia habeam, nescio: addes igitur
nisi grave est, horum indicem, quem a manuenfis
conseribet. Singula hæc et plura alia Oetterus pro-
misit, sed promissis non stetit, ~~ergo~~ igitur promis-
sor hiati videtur esse. Qua habes mecum comuni-
canda, ut sumtibus parcatur, aut Italiam mittes,
ubi officina libraria Orphanotrophi, aut Lipsiam
ubi Iacobæro tradi possunt. Uterque librarius fa-
sciculis suis crebro huc transmittendis inseret.
Si quid pro Gsellianis aut aliis soluendum erit
soluam quam lubentissime: neque enim officium
TVVM molestum TVBI erit. TVA vero meis
qualibuscunque pensabo, conquisiturus quod
poscis, et comoda occasione transmisurus.
Ita Vale, Vir Celeberrime, et, quod facis, amare
me perge. Dab. Berolini prid. Cal. Oct. 1722.
P. S. Si TVA ope schedas, quas Rabius Neustadiensis
ad Ayssum contra Oetterum, et hic contra illum
edidit, accipere possem, gratum imò gratissimum
mihi foret.